



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 18. Pacis articuli a Pastoribus Calvinistarum propositi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI. A.C. 1563. Senatu suo, quid hac in re agendum, inter se deliberarent. Ergo ex illis septuaginta duo conveniunt, suasque petitiones scripto tradunt, concludentes, quod Calvinistæ arma ponere haud possint, nisi eis omnia ipsorum postulata concedantur: postea animi sui sententias scripto comprehensas Condæo porrigebant, palam professi, quod a concepto hoc consilio nullatenus recedere velint.

§. XVIII.

*Pacis articuli a Pastoribus Calvinistarum propositi.**Thu. 1. c.*

Articuli, quos Calvinistarum Ministri præscribebant, erant sequentes. I. Edictum, quod consensu delegatorum ex omnibus Franciæ Provinciis juxta Regni ordinum leges conditum, & in Regni curiis promulgatum fuit, restituatur, quin ulla exceptio, aut conditio à Curiis, ut fit, apponatur; II. Ut obviam eatur sectis, ac monstrosis opinionibus per licentiam grassantibus, Rex confessionem fidei ante biennium Anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo primo mense Junio propositam admittat, ejusque patrocinio suscepto Atheos, Libertinos, Anabaptistas, ac Servetistas severe castigari curet. III. Protestantibus liberum sit venire,

venire, & Consistoria, ac Synodos ad Sæcul. XVI.
 disciplinam Ecclesiasticam constituen- A.C. 1563.
 dam pro suo arbitrio celebrare. IV.
 Baptismata a Protestantibus facta non
 iterentur. V. Matrimonia inter eos
 celebrata rata habeantur. VI. Liberi
 ex eis suscepti censeantur legitimi.
 VII. Ea, quam illi profitentur, religio
 in posterum nec nova, nec existimata,
 sed mere reformata appelletur. VIII.
 Officiis, & functionibus publicis, bonis,
 dignitatibus, & honoribus, unde ob Reli-
 gionis odium dejecti sunt, restituantur.
 IX. Judicia contra eos data revocentur.
 X. denuo de eorum causa a non sus-
 pectis iudicibus cognoscatur. XI. In il-
 los, qui apud Senones Vassiacenæ la-
 niennæ seditionem commoverunt, & pa-
 tratorum aliis in locis facinorum au-
 ctiores fuerunt, severe inquiratur, & in
 facti reos, ac convictos, si adhuc vivunt,
 vel si mortui sunt, in eorum memoriam,
 pro criminis gravitate animadvertatur.

§. XIX.

*Princeps Condæus rejectis hisce ar-
 ticulis nonnisi Nobilium sen-
 tentias rogans.*

Equidem Condæus Princeps hosce *Thuan.l.c.*
 articulos, quos rejicere non aude-
 bat, excepit, cum tamen illos potius ad